



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibus Singlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Dubitatio VII. Qualiter procedatur in via unitiva activa utriusque partis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

intellectus quam voluntaris ita suaviter & pacifice eliciuntur, ut potius videatur anima illas pati, quam agere. De quibus pollone videri que diximus in cetera Prop. 1. Resp. 9. & que aliter P. Philippus a Trin. in Theol. Myst. dicit. proem. art. 3.

Resolutio 57.

Huius status via illuminativa passiva sunt magis proprie visiones & revelationes imaginariae, sicut extrinsecas magis pertinet ad incipientes, & intellectuales ad perfectos. De visionibus autem & revelationibus quid sint, & quomodo dividantur, praeter dicta in docum. 2. & 15. & in documento 24. de visione quadam mirabili quam asserit S. D. & in documento 33. de revelationibus ad modum Angelorum: videantur que diximus in 1. p. a. quaestione 23. usque ad 28.

Resolutio 58.

Hic status similiter conveniunt locutiones illa divina, & supernaturales, qua visionibus imaginariis correspondunt. De quibus locutionibus, & aliis videantur que supra diximus 1. p. q. 29.

Resolutio 59.

Similiter cum raptus sensuum exteriorum sequantur ad visiones imaginarias, consequenter dicendum est raptus istos, qui sunt inferiores alio, etiam ad hunc statum pertinere.

Quid autem sit raptus, & quomodo dividatur praeter dicta in via unitiva, videantur dicta in 1. p. quaest. 10. proem.

Resolutio 60.

Ad visiones, & revelationes etiam pertinet adnum Prophetia, & discretio spirituum. unde in miram, si existimemus in hoc statu, aliquando concedantur & alia gratiae gratis datae.

De gratis gratis datis egimus in catena Prop. 37. De quadam Prophetia S. D. in docum. 86. & de miraculo ecclipsis in morte Domini in docum. 83. licet hoc non pertineant nisi ratione nominis Prophetia, & miraculorum: nec enim illa prophetia S. D. pertinet proprie ad hunc statum inferiorem, nec miraculum illud ad gratiam miraculorum, cum non fuerit peccatum ab homine.

Resolutio 61.

Quod attinet ad partem affectivam, ad quam principaliter ordinantur ista comminationes intellectuales: imprimis sequitur ad contemplationem insulam magnum gaudium, & desiderium in voluntate, unde etiam solet derivari ad partem sensibilem.

De gaudiis contemplationis aliquid tangitur in docum. 19. & etiam in docum. 53. ubi loquitur de quodam gaudio, quod D. August. appellat rorem beatitudinis. Provenit enim gaudia ista a dono sapientiae quod simul illuminat, a Jesu Oper. Tom. II.

nat intellectum, & delectat voluntatem mirabili quodam sapore, unde dicitur sapientia quasi lapida scientia. Ista autem gaudia potius pertinent ad cibum solidum, quam ad liquidum, cum pertineant magis ad partem intellectualem quam ad sensitivam, licet inde aliquando ad sensum deriventur. De quo cibo solido, & liquido, agitur in docum. 85.

Resolutio 62.

Voluntatem in contemplatione debet esse fervens, & nullo modo remissa: nec tamen debet affectu visionibus nec illustrationibus supernatur alibus, nec in illa voluntarie immorari: sed ex omnibus proficere in amore; si enim anima non multum proficit communicationibus divinis, reddit illas de securitate suspensas.

De primo agitur in documento 45. de 2. in docum. 2. & de 3. in docum. 48. Quae doctrina etiam convenit contemplationi adquireta, imo de ista principaliter agunt A. A. ibi citati, cum enim voluntas se ipsa & totum generalibus auxiliis adjuncta ibi moveatur in DEUM, magis indiget instructione ne repete succumbat. Quod autem non affectu debeat illustrationibus insulis generalis doctrina est pro omnibus statibus, ut alibi diximus loquentes de Revelationibus. Profectus autem temper sequitur, magnus ad influentias istas divinas, quando sunt verae, non tamen statim ex una vel altera receptione illarum hoc apparet, sed paulatim dum continuantur & perseverant, ut docet Seraphica Mater mansione 4. cap. 5.

DUBITATIO VII.

Qualiter procedatur in via unitiva, activa utriusque partis?

Via unitiva quae pertinet ad statum perfectiorum, potest esse activa & passiva, ut de aliis diximus: nunc agimus de activa tam in parte cognoscitiva, quam in appetitiva, & incipiendo a cognitione seu a contemplatione perfecta, quae est mystica Theologia adquireta, propria huius status: sit

Resolutio 63.

Sicut contemplatio mystica Theologia infusa est superna inter contemplationes infusas, & ideo pertinet ad viam unitivam passivam: ita contemplatio mystica Theologia adquireta est perfectissima inter contemplationes adquisitas, & ideo pertinet ad viam unitivam activam.

Colligitur ex 1. p. q. proem. 3. 4. 5. 6. ubi explicuimus nomen & entitatem mysticae Theol. & quomodo etiam possit esse acquisita.

Item ex q. 36. ubi dicitur quomodo se habeat Theol. Myst. ad alias Theologiae partes.

Item ex q. 18. ubi dicitur quod debeat abscendi a rudioribus.

Et ex q. 81. dubio 1. ubi agitur de speciebus necessariis ad actum fidei, qui est de istius substantia. Denique ex documento 88. ubi asseritur celebris definitio Theologiae myst.

Ddd 2

Reso-



## Resolutio 64.

**P**er ablationem cognitorum, que fit ad contemplationem negativam, non solum disponitur animus ad Myst. Theol. infusam, sed ingreditur primam gradum Theol. myst. acquisita, & ubi illa contemplatio negativa definit in conceptu confuso DEI, ibi incipit contemplatio universalis fidei, que pertinet ad perfectiorem gradum Theol. Myst. acquisita.

Quod per illam ablationem disponatur animus ad infusam colligitur ex documento 51. & 53. quod in cont. negativa sistendum sit in conceptu confuso, & inde incipiat contemplatio ista, diximus supra Resoluzione 46.

## Resolutio 65.

**A**d istam contemplationem magis pertinet nomen cibi solidi, in quo mens perseverat, juxta explicationem S. Dionysii & Auctorum quos citavimus ad documentum 35.

## Resolutio 66.

**V**ia veritatis una est, quam vere sequitur qui contemplationi fidei incumbit: & in uno DEO cognito omnia simul videt: & quasi extasim patitur veritatis positus, & elevatus supra sensus.

Preambula ista colligitur ex documento 22. ubi loquitur de unitate veritatis, & ex documento 64. ex quo habetur esse in DEO unita omnia, que in inferioribus sunt dispersa, & ex docum. 69. ubi explicat D. Thom. extasim veritatis per fidem, que omnia huic contemplationi non incongrue possunt applicari.

## Resolutio 67.

**C**ontemplatio ista, cum sit simplicissima intelligentia veritatis divina, non solum nos assimilat Angelis in modo intelligendi: sed Ordini Thronorum, quatenus per illam DEO conformamur, ut simus sedes ejus.

De hoc videatur docum. 66. & doc. 17. cum ibidem adnotatis.

## Resolutio 68.

**I**n intelligentia, que est suprema anima hierarchia, in qua hec contemplatio simplicissima exercetur, recipitur lux divina clarior & simplicior.

Habetur in documento 23.

## Resolutio 69.

**A**ctus hujus contemplationis non solum debet esse simplex & sine discursu, sed universalissimus, sine aliqua particulari cognitione: & in omni contemplatione, actus universales perfectiores sunt, quam particulares.

Videatur documentum 22. & etiam documentum 45. Quod probatur ex eodem S. D. docente eo esse universaliores illu-

minationes Angelorum, quo ipsi sunt ceteris superiores. Item ratione D. Thom. 1. p. q. 105. art. 4. quia cum objectum voluntatis sit bonum universale, & solum a bono universali, nempe DEO potest satari, ita perfectior modus proponendi illi objectum ab intellectu est sub quadam universalitate. Inde est quod appetitus sensitivus magis movetur a bono particulari representato, quia ordinatus ad bonum particulare: & contra vero voluntas que est appetitus universalis.

## Resolutio 70.

**D**ebet igitur objectum hujus contemplationis esse essentia divina sub ratione cujusdam totius includentis omnes perfectiones, & non solum sub ratione alicujus attributi particularis.

Colligitur ex docum. 22. & 75. ob rationem tactam in resolut. antecedenti, de quo etiam potest videri Suarius de Religion. tom. 2. lib. 2. c. 13. n. 19.

## Resolutio 71.

**D**ebet etiam actus hujus contemplationis esse directus: & nec in se ipsum reflexus: item permanent, & non interruptus, quo ad fieri possit.

Colligitur prima pars, ex docum. 34. & Ratio est, quia quandiu intellectus in se reflexus, deficit a totali attentione circa principale objectum. Secunda est ex documento 45. ubi adducitur ratio D. Thom. ex 1. 2.

## Resolutio 72.

**E**x quibus patet contemplationem istam non posse edari sine operatione intellectus, cum consistat in actu fidei.

Colligitur ex docum. 62. contra aliquos A. A. qui ponunt contemplationem Theol. Myst. in actu voluntatis, quin precedat actus intellectus: & quamvis ipsi magis loquantur de Theologia Mystica infusa, etiam possunt intelligi de acquisita, quatenus disponit animam ad illuminationem divinam, ad quam recipiendam debet esse sine oculis ut dicit Dion. de Myst. Theol. c. 1. & quod eleventur ad DEUM in obscuritate per unionem, que videtur pertinere ad voluntatem. Et quod relinquat contemplator tam visibilia quam intelligibilia, & cap. 4. de divinis nominibus dicit quod anima nostra jam deformis facta per unionem ignota inaccessibilis lucis superflue sunt intellectuales virtutes.

Sed nostram resolutionem jam probavimus in 1. p. q. 12. ubi generaliter explicatur S. Dion. in locis ubi oppositum videtur asserere. Quia tamen illos in particulari hic retigimus, etiam particulariter explicabimus. Et primus locus quod mens debeat esse inoculata, explicatur a Ruperto Linconiensis de actibus apprehensivis naturalibus, & particularibus: non enim potest intellectus esse omnino inoculatus, cum ipsemet sit oculus mentis.

Secun-



Secundus autem locus de unione non intelligitur solum de unione voluntatis, sed intellectus, in quo distinguit S. Doctor unionem secundum nos, quae est per rationem naturalem, de qua loquitur cap. 1. de divin. nomin. ab unione qua est supra mentem, de qua loquitur capite 7. de divin. nomin. quam ideo dicit esse supra mentem, quia mens coniungitur ad ea quae sunt supra ipsam. Quod fit per actum fidei. Tertius locus, in quo dicit intelligibilia relinquenda, intelligitur de illis, qui possunt mediare tamquam obiectum inter DEUM & intellectum. Denique ultimus locus intelligitur de virtutibus nostrae rationis naturalis, cum fiat haec contemplatio mediante lumine fidei, ut ibi explicat D. Thom.

Resolutio 73.

Per obscuritatem fidei & non per alias lucas procedendum est in ista contemplatione: per fidem enim alius unum DEO, & DEVS ad istam unitatem actus intellectus nos inducit.

Colligitur ex Documento decimo septimo, & trigesimo nono, & quadragesimo octavo, & sexagesimo quinto. Si tamen adhuc quaeras quid nobis proponatur pro obiecto huius actus universalis fidei circa divinam essentiam? Respondet proponi simpliciter DEUM esse, & esse nobis presentissimum, & esse ens perfectissimum & excedens omnes perfectiones excogitabiles, ac proinde nobis ignotum. Nec est necesse de hoc particulariter cogitari, sed sistere in illa simplicissima, universaliissima, & confusa cognitione huius boni.

Resolutio 74.

Mysteria Christi Domini excogitata in omnibus viis, & statibus valde conducunt, cum per illa accessum habeamus ad lumen paternum, hoc tamen debet fieri debito ordine & modo cuique status convenienter.

Colligitur ex documento primo. Et licet ibi non explicetur quomodo memoria istae exercendae sint in quolibet statu, explicatur ab A. A. mysticis, ita ut ab incipientibus exercentur per discursum & meditationem: proficientibus modo contemplativo etiam imaginatio: perfectis vero modo contemplativo intellectuali, & sine figuris & imaginibus, maxime dum iam sunt quieti & desisti in contemplatione, de quo videri potest concord. myst. lib. 2. a cap. 26. usque ad 31. & Alcenus animae libro secundo, capite undecimo, & in nostra catena propof. 31.

De mysterio etiam sanctissimae Trinitatis licet ejus cognitio sit magis particularis, dicendum est non impedire huic contemplationi, dummodo non fiat per speculationem scholasticam, de qua videtur loqui D. Bonaventura de mystica Theologia, part. 4. cap. 3. Nec per hoc relinquatur conceptus ille generalis totius divinitatis: nec nimium frequenter, & multum delineamur in illa distincta cognitione, de qua etiam videtur dicta concord. l. 2. cap. 29. n. 7.

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

Resolutio 75.

Loquendo autem de via unitiva activa partis affectivae: ad illam spectant principaliter actus amoris, qui licet in omnibus viis exercentur, sunt tamen magis proprii huius viae unitivae, cum unio ipsa per amorem fiat. Et amor ipse sit radix, & veluti primum mobile omnium affectionum voluntativarum.

Colligitur ex documento sexagesimo primo. & quod amor sit causa omnium passionum, & affectionum, nimirum amor sensibilis, qui est passio, causa passionum; & amor spiritualis, qui est affectus, causa affectionum, non indiget probatione, cum sit doctrina constans D. Thomae & Theologorum in 1. part. quaest. 20. art. 1. & quaest. 60. in princ. & 1. 2. quaest. 26. art. 1. & 2. & quaest. 27. art. 4. & quaest. 28. art. 6. & quaest. 41. art. 2. & quaest. 46. art. 1. & quaest. 62. art. 3. & quaest. 70. art. 3. & in 2. 2. quaest. 17. art. 8. & qu. 19. art. 9. & qu. 162. art. 3. & pluribus aliis locis.

Resolutio 76.

Deus plus amari potest quam cognosci: & qui DEVM amat eum habet in se; & qui cum amat impermixte, id est sine consortio alterius rei amata à nullo potest ladi.

Haec habentur in documento 7. ubi sufficienter explicatur. Et quamvis aliqui dubitarent de primo asserto, quod voluntas plus possit amare quam intellectus cognoscere, Doctrina tamen est D. Thomae 1. 2. quaest. 27. art. 2. ad 2. & alibi saepe, & D. Bonaventura itinerar. 5. dist. 5. & jam communis. Si autem objicias, sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis: sed ad simpliciter amandum requiritur intellectio: ergo ad magis amandum major intellectio. Respondetur, axioma illud intelligitur de eo quod requiritur tamquam causa aut ratio formalis, & non de eo quod solum requiritur ut conditio; quomodo requiritur cognitio ad amorem.

Resolutio 77.

Cognitio & amor perficiuntur in uno DEO cognito & amato, & DEVS ad unitatem nos advocat, in qua reductione triplex gradus consideratur.

Colligitur ex docum. 19. & doc. 48. & doc. 71. & etiam ex docum. 59. quatenus ex amore perficitur cognitio.

Resolutio 78.

Gradus amoris juxta Dionysium sunt quinque, mobilis, ineffabilis, calidus, acutus, superferrens.

Habetur in docum. 14. ubi bene explicantur ab Hugone. Et licet isti gradus magis videantur pertinere ad viam unitivam passivam, ubi perfectius solent exerceri, bene tamen hic afferuntur, quia etiam in unitiva activa inveniuntur, quamvis non adeo efficaces. Alios gradus amoris enumerabimus Resol. 88.



**U**Nio amice ad DEVM in qua consistit perfectio via unitiva, etiam invenitur in via unitiva activa, & acquirunt labore & diligentia nostra, de qua unione acquisita, præter ea quæ dicta sunt in cæna, videatur quod dicitur in 1. p. q. 17. dub. 1. & 2.

Ad hanc unionem activam seu acquisitam essentialiter pertinet propositum, quod vocant Seraphicum, faciendi semper quidquid intelligitur esse perfectius, & conformius divinæ voluntati, hic & nunc: quod definit noster Hermanus à sancto Norberto in suo Cibo solido libro 1. capite 1. Est propositum ardens & efficax in fundo cordis appetitive diligendi super omnia divinæ voluntatis executionem universaliter in omnibus, etiam non præceptis.

Quod ibidem sic explicat: dicitur propositum ardens, & efficax, id est, tam ardeus, ut sit efficax & omnino plenum, & non tantum inefficax, dicitur in fundo cordis seu voluntatis, quia non ex aliqua pertransiente passione, vel ignorantia, sed potius voluntarie ex electione, & industria. dicitur appetitive diligendi executionem divinam voluntati super omnia, quia non est necesse ut intensivo seu affectivo & suaviteretudine magis diligatur, sed appetitive, & quasi in bilance appensum hoc bonum magis præponderet quam omnes creaturæ, dicitur universaliter ut comprehendat non solum præcepta, sed consilia.

Si obijcias aliquod consilium potest esse perfectius secundum se & quasi in abstracto, quod tamen hic & nunc non conveniat nec liceat exequi, verbi gratia, intrare Religionem, qui jam est matrimonio conjunctus, & manente consortio in seculo, &c. ergo non semper convenit propositum faciendi quod perfectius est. Resp. concedo totum, sed nihil contra nos, quia loquimur non de perfectiori in abstracto, sed hic & nunc inspectis circumstantiis, & quod est conformius divinæ voluntati respectu mei. De quibus tamen late disputat idem Auctor, ubi possunt videri. Et omnia comprehenduntur in definitione hujus unionis activæ, quam affert Seraphica Mater in mansione 1. capite tertio, non habere voluntatem nisi ligatam voluntati divinæ.

Respondetur ad objectionem.

## Resolutio 80.

Signum hujus unionis est perfectus amor proximi: quem quidem amorem esse reductivum & activum, dicitur in docum. 14. & de quatuor modis amandi proximum, in docum. 61.

Quod autem amor proximi sit signum prædictæ unionis, doctrina est Seraph. Matris loco citato ex mans. 5.



Quanam pertineant ad viam unitivam passivam, tam partii cognoscitivæ quam appetitivæ.

## Resolutio 81.

Ad partem cognoscitivam in via unitiva passiva pertinent contemplationes mysticæ Theologiæ infusæ, quarum triplex est gradus.

De mysticæ Theologiæ quid sit, & quomodo dividatur in acquisitam & infusam, constat ex 1. p. à quæst. 2. proæm. usque ad quæst. 9. Hanc mysticam, autem contemplationem pertinere ad viam unitivam passivam patet: quia in hac via ultima & perfectissima, perfectissima etiam contemplationes debent inveniri, quæ esse mysticæ Theologiæ, per omnes suos gradus diximus 1. p. ubi supra.

## Resolutio 82.

Primus gradus mysticæ Theologiæ infusæ est contemplatio pura, & ingressus ad divinam ædificationem.

Quid sit contemplatio pura, diximus 1. part. quæst. 5. De qua etiam in docum. 4. & docum. 19.

## Resolutio 83.

Secundus gradus mysticæ Theologiæ infusæ est contemplatio in caligine divina.

De contemplatione in caligine diximus 1. part. quæst. 9. proæm. & de caligine divina in quæst. 1. M. T. & quomodo in caligine mens cæca repleatur splendoribus, q. 10.

## Resolutio 84.

Tertius & supremus gradus mysticæ Theologiæ, qui absolute solet appellari Theologia mysticæ, illa est qui procedit ex noticia experimentalis voluntatis unitivæ.

De hoc tertio gradu egimus 1. part. quæst. 9. proæm. & quod sit fastigium mysticorum osculorum in quæst. 3. M. T. Quod non consistat in solo actu voluntatis, diximus quæst. 13. Quomodo anima in illa non desinat operari, quæst. 12. an dicendus sit proprie Theolog. myst. diximus q. 11.

## Resolutio 85.

Ad omnes istos gradus Theologiæ mysticæ solent infundi species intelligibiles, præter lumen ad contemplandum, quod in duobus primis gradibus solet esse donorum Spiritus sancti, in ultimo lumen est superius per modum transeuntis, & veluti participatio luminis gloriæ.

De istis speciebus videantur quæ diximus quæst. 8. per totam, ubi in dub. 7. disputatur an essentia divina per modum speciei concurret ad istum ultimum gradum? & de infusione specierum in unione habituali, diximus in docum. 53.

Reso-